



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Iosephi Speranzæ, Congregationis Oratorii Fanensis
Presbyteri, Scripturæ Selectæ**

Speranza, Giuseppe

Coloniæ Agrippinæ, 1659

De effectibus Orationis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44265



DE EFFECTIBUS ORATIONIS.

Oratio hominem transfigurat.

PUNCTUM XXX.

Luc. 9.
Orans voluit transfigurari Christus. Cur?
Euthym. ib.
Orare, & transfigurari, idem.

Facta est, dum oraret, species vultus ejus altera. Non sine peculiari mysterio notat Evangelista circumstantiã, quã se se Christus Dominus transfiguravit: potuisset enim, vel cum Apostolis loquendo, vel aliter transfigurari; sed id voluit orando, ut officium orationis exprimeret, sicut hic benè inquit Euthym. Ascendit in montem, ut oraret, & dum oraret, facta est species vultus ejus altera. Sed quomodo ascendit, ut oraret, si ascendit, ut se se transfigureret? Idem est orare, & transfigurari.

O quomodo transfigurat hominem oratio! Ex bruto in hominem, quin ex pecude in Angelum, immò suo modo in ipsum Deum transformat. Mixtæ equidem transfigurationes, ac metamorphoses, non poetiçæ, ac fabulosæ, sed veræ, virtute gratiæ, media oratione.

Luc. 15.
Oratio ex bruto hominem facit.
August.
Chryf.

Ex bruto transfiguratur in hominem. Meministi sic pauperis illius juvenis, qui paternã discedens domo, abuisse dicitur in regionem longinquam? Quæ Regio hæc? Augustin. in regionem dissimilitudinis. Declarat hunc terminum Chrysol. Ex

A homine scilicet transivit in bestiam. Sic Bernard. Egregia creatura facta de grege cibis animalium, nutriebatur: Sed ut spiritus, & cogitationes orationis habere cœpit, Surgam (benè surgam dicit, qui ut bestia jacebat, inquit Ambros. Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei, &c. Cœpit etiam hominis recuperare figuram, aded ut cum pater vel à longè cognoverit.

B Mirandum illud est, quod legitur in Daniele de Rege illo Babylonis? Ab hominibus ejicient te, & cum feris habitatio tua, fœnum quasi bos comedes, &c. Sed oculos, inquit (quos ut bestia in terrã defixeram) ad celum levavi, Altissimo benedixi, &c. Tunc sensus meus redditus est mihi, & figura mea reversa est ad me. Recuperavit liocamenta humana, primamque figuram.

C Paulus lupus rapax Domine, audivi de viro, quantamala, &c. Ne timeas. Anania, lupus jam amplius non est. Quis fieri potest? Ecce enim orat. O effectum orationis, quæ bruta in homines transfigurat! Sed quid est, Fratris mei, quod nos adhuc animales sumus, gustum animalium habemus? Quia rationem non habemus, quia non utimur, ut debemus, intellectu, & voluntate, quæ potentia sunt hominis propria: Sensitivum, inquit Philosophus, constituit animal: Nos verò ita vivimus, quasi solo sensu constemus, & facti sumus Sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus.

Bernard.
Dan. 4.
Sénacherib per orationem lineamenta recuperavit humana.

Aff. 9.
Oratione Paulus ex lupo homo factus.
Orationis studium qui negligunt, idem animales sunt.

Psal. 31.

R 2 ¶ Nec

¶ Nec solum nos oratio ex brutis in hominibus, sed ex pecudibus, & hominibus in Angelos transfigurat. Ita Chrysol. lib. 1. de oratione. Deum. De precatione te separata a mutis animalibus, hæc te sociat Angelis. Vidit Ezechiel quatuor illa animalia, & inter hæc unum bos erat. Meminit iterum Propheta ejusdem visionis, sed loco bovis vidit Cherubim, & ne putarem hoc aliud fuisse: *Ipsum*, inquit, *est animal, quod vidi juxta fluvium Chobar.* Sed ibi bos erat, hic Cherubim est. Quid hoc? Alæ nimirum contemplationis, oculique orationis, quibus animalia plena erant, bovem in Cherubim transmutaverant. Quodam animal rudius bove? Sed si pennas contemplationis, oculosque, quibus divina contempleretur, habeat, citò in Cherubim transfigurabitur. Unde est hoc, ut tam alta, tamque profunda de Deo cogites, ac loquatur, qui paulò antè vix loqui noverat? Nihil antea percipiebat, & nihil de Deo sciebat, bos erat, nunc loquitur de Deo, ceu Cherubim, & c. Effectus orationis. Qui fieri potest, inquit Chrysol. ut si quis cum homine sapiente habeat consuetudinem, paulatim sapiens fiat, & eum ipsa sapientia habens consuetudinem non fiat sapiens?

¶ Si alas orationis habereamus! Licet rudes, & incapaces essemus, paulatim illuminaremur, ac sapientia ut Cherubim imbueremur. Unde Thomas bos mutus in Cherubim? Dixit ipse Fratri Reginaldo: Ex alis orationis, ex oratione. Unde tot simplices homines, & mulieres, reum Dei cognitione pleni? Ex schola orationis, ex cella vinaria. Sept. Ex domo gymnasiis doctrina. Ier. 33. Clama ad me (in oratione) & annuntiabo tibi grandia, & firma, que nescis. Cur igitur hanc scholam non frequentamus?

¶ Quanta disceremus orantes! Collum tuum (juxta Nyssenum oratio) sicut turris David, que edificata est cum propugnaculis. Alii: Quia edificata est ad doctrinas. Vatab. Ad usum dirigendi homines, supple, in viam salutis. Quantum didicit Jacob in ea orationis lucta: Nequaquam, vocaberis Jacob, sed Israel, videns Deum, erit nomen tuum, quasi dicat. Oratio te Angelum, qui

A Deum videt, efficit. Qui appropinquant pedibus ejus, Crucifigi, scilicet, accipient de doctrina illius. O qualis schola sunt pedes Crucifigi? Ibi plus proficitur mediâ horâ, quam multis annis in scholis Philosophorum. Oratio namque est cathedra veræ sapientiæ: hic homo reformatur interior, hic moderantur passiones. Et meditatus sum nocte cum corde meo, & exercebar, & scopebam spiritum meum. Alii: Et perfodebam spiritum meum.

B Ubinam melius, quam in oratione, usque ad radices dignoscuntur motus, & passiones animi? Tanta passionum vivacitas, & immortificatio, non nisi ex defectu orationis, cujus amatores quasi viâ compendiariâ ad perfectionem perveniunt, hi resarcitus defectum, hic profectum copiz; ait Bernard.

C Nec iste finis est transfigurationum; sed ulterius adhuc oratio hominem, ut potest, transfigurat in ipsum DEUM. Hunc effectum noverat David. Accedite, inquit, ad eum, & illuminamini, vel ut transfert Hieronymus. Respice in illum, & illuminabimini. Ubi Theodoretus: Qui per orationem ad eum accedit, arcæ lucis radios suscipit, sicut Moyses in monte.

D In mentem reducit Theodoretus istud de Moysa. Agebat cum Deo Moyses in monte, & ex consortio sermonis Domini quosdam sibi ascivit in facie splendores, unde dicitur ibi: Et ignorabat, quod cornuta esset facies sua. Septuag. Apparuit glorificatus vultus ejus. Chald. Multiplicatus est splendor gloria vultus ejus. Quid hoc aliud, quam consortium divinæ naturæ, ut D. Petri verbis utamur? Unde sicut ait Apostolus: Non poterant intendere filij Israël in faciem Moysi, propter gloriam vultus ejus. Ut quo pacto non sustinet oculus hominis Dei faciem intueri, sic veluti alterius DEI, Moysi faciem intueri non possent.

E Quam benè Ambrosius Oriente die rubent terræ croceo colore perfusa gemmarum quodq; monilia coruscantia transfundunt finitimis, quod ipsa radiaverint & miratis, si Moysi vultus divinæ infusus sit claritate præsentis? Accedite ad eum,

Oratio ex brutis, & hominibus in Angelos facit. Chrysol. Ezech. 1.

Idem. 10.

Chrysol.

S. Thomas per orationem ex bove mutus vocalissimus Cherubim.

Cant. 2. Sept. Ierem. 33.

Cant. 4.

Alii. Vatab.

Gen. 32.

Deut. 33.

Psal. 76. Alij.

Oratio reformans interioris, & cicut arvis passionum.

Oratio ex homine Deum quodammodo facit.

Psal. 33. D. Hier. ex Hebr. Theod. ibid.

Exod. 34.

Sept. Chald. 2. Cor. 3.

D. Ambrosius. Psal. 118. ser. 17. v. 7.

tum, & illuminamini, & facies vestrae non confundentur. Quid aliud Apollolus dicere volebat, quam transfigurationem hanc, dum ait: Nos autem revelata facie gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur. seu ut Tertullianus legit, Transfiguramur de claritate in claritatem? Hoc sibi volebat scilicet, quod per orationem anima ceu speculum divinis opposita radiis, non nisi divinos recipere in se radios possit, unde in Deum tota transfigurata videatur: Hæc enim propriè vis est verbi, speculantes, quod à speculo, non à speculà est, ut clarè ex Græco transfert Origenes, speculantes, id est, ad speculi typum recipientes. Sic D. August. Anselm. Theodor. Theophyl. & alii, sic novissimè Cajet Nos in oratione ceu speculum effecti, in Dei imaginem, quam in nos recipimus, transformamur, & veluti Dii sumus.

1. Cor. 3.

Tertull.

Græc. Orig. August. Anselm. Theod. Theoph. Cajet.

1. Reg. 10.

Itaque oratio hominem transfiguravit, ut transfiguravit Saul: Cum veneris ad Oratio Saulem quercum Thabor, nomen certè viri, & transfiguravit locus transfigurationis) invenient te ibi tres viri, ascendentes ad Deum in Bethel) ubi Jacob oravit, & scalam vidit) Post hæc venies ad collem Dei (bonum iter) & obviam habebis gregem Prophetarum, ante eos psalterium. Insiliet in te spiritus Domini, & prophetabis cum eis (exercitium orationis) & mutaberis in virum alterum) transfiguratio (quia, qui agrestis erat, inquit Procopius, & tantum terram colere nove- rat, delecto in Regem regium animum indidit.

Procop. 1b.

Orationis intermissio remissos facit Religiosos.

Jerem. 6.

Nec solum intellectum, sed etiam affectum transfiguravit oratio. Videre est quod ostendit remissos, ac frigidos, ut ne hinc intillam quidem ignis divini amoris in se habere videantur. Multo abhinc tempore, Dei servitio profitentur se operam navare, nec minimum Dei affectum sentiunt. Unde hoc Defecit, inquit Propheta, sufflatorium in igne. Ex defectu orationis nascitur hæc frigiditas: intellectus enim, ita dixerim, est veluti follis, seu sufflatorium voluntatis, in qua ignem divini amoris accendit: si exercitium desit orationis, voluntas semper frigida est.

A In meditatione meâ exardescet ignis, Chal. Ebullit cor meum in corpore meo. Væ nobis, qui non utimur intellectu, nisi ad cogitanda terrena. Hæc cogitamus, hæc amamus, sed ut cogitemus aliquid de Deo, vel tempus non habemus, vel nescimus. Mirum quomodo ille subtiliter cogitat, ac discutit rationes œconomiz, negotiorum, &c. Cur non uteris hoc intellectu, ut cogites aliquid de Deo, & ratiocineris eum Deo? Cum hominibus die, noctuque loquimur, cum Deo nec per horam possumus. Certè si cum Deo non agimus in terrâ nec in Cælo agemus. Oratio est lingua, seu sermo Cæli. Sanctus, Sanctus, Sanctus. Necessè est ergo, ut hoc idioma prædisceas.

B Ad utramque transfigurationem innuendam dicitur illic: In dexterâ ejus ignea lex, qui appropinquat pedibus ejus, accipiet doctrinâ illius. Dicitur lex, quod orationem, ac meditantem in eâ intellectum informet. Ignea verò, quod affectum inflammet.

C Nunquid per sapientiam tuam plumescit lex, qui appropinquat pedibus ejus, accipiet doctrinâ illius. Dicitur lex, quod orationem, ac meditantem in eâ intellectum informet. Ignea verò, quod affectum inflammet.

D Surrexit quondam Abbas Joseph, & expandit manus suas in cælum, & facti sunt digiti ejus velut decem lampades ignis, & dixit Abbati Lot: Si vis, efficiere torus sicut ignis.

Hinc orationis exercitio dediti, tanto Dei amore accenduntur, ut sicut illi quoad intellectum, videntur Cherubim, sic isti, quia semper circa Deum diverberant alas, videntur Seraphim.

E Annon Seraphim Sancta illa Ungariæ Regina Elisabeth, quæ sic orando juvenem illum incendit: Venit matrona quædam, ut Surius refert ad Sanctam Elisabeth, Regis Ungariæ filiam, invisendi gratia, adducto secum adolescente, quem vestis compta, & incompti mores sæculari prorsus animo esse haud obscure debebant. Ad quem Elisabeth: Quid tu, inquit, adolescentens, tam insigniter, & veste, & moribus sæcularem præfers animû, quem

Oratio idioma calorum.

Deut. 33. Oratio intellectum, simulq; voluntatem transfiguravit.

Iob. 39.

Isa. 6.

Surius tom. 6. p. 458.

Oratione S. Elizabeth into lerabiliter inflammatus adolescens.



quem magis Deo tuo pronâ servitute o-
lim dedicatum oportuit? Est, ait adole-
scens, verè ut tu dicis, ô domina, sed oro
te plurimum, ut pro me Deum precari
digneris, quòd mihi bonum, quòd propo-
nis, & incipiendi, & perficendi donetur
gratia. Mox illa: Iranè seridè petis, ut pro
te Deum rogem? Peco, inquit ille, seridè,
intimèque. Statim illa: Oportet, inquit,
te itidem facere, precèsq; meas tuis ju-
vare. Quo persuasò, itum est, ac utrimq;
oratum loco satis congruenti. Jàmque
nonnihil moræ intercesserat, cum ille
ad leseens clamare cœpit: Jam, jam, ô
domina, precari desiste, incendor enim
ita tuarum fervore precum, ut ferre vix
queam. Tum illa vehementius orationi
instare, acriori mentis annisu Deo pro-
pinquare, &c. At ille semet intensius in-
flammati sentiens, viribusque paulatim
destitui, toto jam corpore in sudorem
eunte, atque crebri vaporis nebulam for-
as exhalante, clamat altiori voce disie-
ctis præ lassitudine brachiis, & in speciem
profus exanimi in terra jacentis: Cessa,
domina, cessa, quia vastissimo supplica-
tionis tuæ incendio præcordia mea, &
ipsæ medullæ depauperunt. (*In medita-
tione mea exardescet ignis, vel ebullit cor meum
in corpore meo.*) Defectum ita juvenem
quæ confestim ex pedissequis, simulque
matrona, quacum venerat, medium cor-
ripiunt, & ne casu repentino elideretur,
sustentant, fervorem ejus intensissimum,
& calidissimo perfusa membra sudore vix
tractu manuum pati valentes. Tandem
nihilò segnius orate perseverantem an-
helus juvenis, quàm poruit altissimâ vo-
ce sæpius inelamat dicens: Oro te per Je-
sum, ut cœpto munere jam jam superse-
deas, ne me tuis precibus mori cogas,
quem vitæ meliori jam destinasti. Con-
festim igitur ut Elisabeth precandi stu-
dium remisit, remisso pariter calore juve-
nis est velocissimè refrigeratus, moxque
suscepit institutum Sancti Francisci, quod
semper in vitâ coluit, cultumque virili-
ter consummavit.

Quòd si oratio taliter accendit corda
aliorum, quâ ardore debet accendere
cor orantium? Hi verè dicendi sunt Sera-

A phim, quos sicut Deus habet magis ar-
dentes, & inflammatos in suo amore, ita
semper sunt ante thronum ejus. contem-
plantes illum, & amantes totis viribus, ac
toto affectu.

B Deniq; exteriorem hominem trans-
figurat, sicque totum hominem: nam si
oculos conjicias in hominem post ora-
tionem, totum compositum videbis, mo-
destiam, ac decorem supra humanum
præ se ferentem, oculis, auribus, in-
cessu declarantem se cum Deo egisse, &c.

Oratio etiam
exteriorem ho-
minem trans-
figurat.

Oratio nos fortes efficit contra
tentationes.

PVNCTVM XXXI.

C IN eujus rei figuram Moyses ex confor-
tio iermonis Domini quosdam in facie
radios, veluti cornua, dicitur habuisse,
ut intelligamus, oratione, per quam cum
Deo confabulamur, & miscemus collo-
quia, ut ait Chryl, fortitudinem compa-
rari, & robur acquiri, &c.

Exod. 34.
Oratio Moysi
cornua, hoc est,
robur dedit.

D Mane astabo tibi, id est, ordinarabor, &
preparabor, inquit Hieronym. quod est
ad bellum se parantis, &c. Hic bonus en-
sis, quo quilibet Christianus Christi e-
ques cingere se debet, Mane, antequam
domo exeat, &c. Accipite armaturas Dei.
D. Ambrosius, uni versitatem armorum,
Græcè, panopliam, omnem armaturam, sci-
licet à capite ad pedes, ut possitis stare ad-
versus insidias aboli, & omnia tela ignea
nequissimi extinguere. Oratione totus
confectus nullâ in parte vulneri locum
dabit.

Psal. 5.
Hieron.

Ephes. 6.
Græcè,

E In suis adversitatibus, ac tentationi-
bus Job, cætera: um omnium rerum viri-
bus destitutus, hoc solum robore, quod
præstat oratio, tentationibus obstitit.
Derelicta sunt tantummodo labia circa dentes
meos, quasi dicat non alia mihi, quàm in
labiis fortitudo superfuit. Sepruag. Ossa
mea in dentibus sunt. Quæ forma dicendi
hæc? Ossa in dentibus. D. Augustinus, id
est, firmitas, & fortitudo mea in verbis
est,

Job. vires totæ
in oratione
posite.
Job. 19.

Sepi.

Psal. 38.
Chald.

est, fractus corpore; viribus tamen orationis armatus. *Ossamen in dentibus sunt.* Ubi notandum, quod loco *labia*, Sept. dicuntur *ossa*, ut intelligas, orationem fortitudinem conferre, &c.

Quomodo egisset David cum adversariis, nisi hoc ab oratione robur habuisset? Aliqui aded sunt ingrati, ut vel insignibus beneficiis affecti à persecutionibus, & à detractionibus non desisterent: Hi in causa sunt, ut brachia concidant, &c. Sic David concidisset animo, sed oratio fortem efficiebat. *Pro eo ut me diligere, detrahebant mihi: vel ut transferret Hieronym. Pro eo, quod diligebam, adversabantur mihi.* Et unde standi virtutem desimebas? *Ego autem orabam.* Sic Orig. ibidem:

Nunquam David (sunt verba Ambrosii) nisi consulto Deo, bellum adversus est; ided in omnibus victor usque ad summam senectam evasit.

Oratio armatura est, quâ contra hostes certare possumus. Ap. st. *Obsecro vos, Fratres, ut adjuvetis me in orationibus vestris.* Græcè. *Vt mecum certetis orationibus vestris, &c.*

Huc facit locus ille Gen. de eo, quod dixit Jacob filio suo Joseph: *Do tibi partem unam extra partem, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio, & arcu meo.* Ubi Lippoman Non prætereundum, quod Chaldaica, more suo difficilem enodatrix locorum, sic ait: *Quam tuli de manu Amorrhæi oratione mea, & deprecatione mea;* non enim legitur aliquando bellasse Jacob, aut gladio, & arcu in præliis usus, sed armis illius fortia contra omnes sibi adversarios, orationes, & deprecationes assidue extiterunt.

Sic Glossa ad illud secundi Reg. *Et præcepit, ut docerent filios Iuda arcum, id est, orationem:* ars enim sagittandi spiritalis, ait Glossa, est exercitium devotæ orationis, quo Demones transferantur, quo Tartaræ legiones fortiter debellantur. In cujus rei figuram orante Moysè, Amalecæ à filio Israël debellati fuerunt. *Et factum est, inquit, cum levaret manus Moyses, prævalebat Israël, ubi autem submisisset manus, invalescebat Amalec.* Ubi Chrysost.

Ubi Chrysost. *Ubi Chrysost.*

A Bellum Christianis inditum hoc exemplo monstratur, belli effectus orationis instantia aperitur: orat enim Moyses, & vincit cessat, & vincitur. Didicit Christianus, unde aut vincatur, aut vincat: nec quisquam poterit excusari, qui hostem vincere noluit, dum ab orando cessavit. Apparet autem vires hosti illum dare, quod cessat, & se se ei subicere, qui non rat; hostis enim, dum oras, premittitur, dum cessas, erigitur: tu contra te ipsum hostem erigis, dum eum in te non orando admittis. Oratio jugis, infirmitas hostis. Caterum ipse contra se tela ministrat, qui hostem precum instantiâ non fatigat. Quare orationis instantiâ, hostis se vitia debellatur. Non refumat vires, dum parcimus: non erigatur, dum aliquando cessamus. *Oportet, inquit, semper orare, & nunquam deficere.*

Oratio victoris Christianorum

B Deprecatio armatura est inexpugnabilis, ac tutissimum, nec unquam fallens munimentum, pari facilitate vel unum repellens militem, ut innumera hostium millia: quandoquidem David Goliath illum immanem, cum veluti Demon quispiam formidandus irrueret, non armis, neque gladiis, sed precibus dejecit. Sic Ezechias Rex superior evasit in bello, quod illatum est à Persis, cum non armaret exercitum, sed preces tantum opponeret hostium multitudini. Magna arma sunt preces, eaque valida adversus Demones.

Infirmas hostium.

Luc. 13.

C His armatus Salvator contra Tartaræ legiones: *Surgite, inquit, eamus.* &c. & his armis præmunivit suos contra tentationes: *Surgite, & orate, ut non intretis in tentationem, &c. q. d. Si oratis, tentatio non accedit, &c.* Christiani pugnant armis orationis. De his verè dici potest: *Sicut ut vitulus ablingit in campis herbam, ita ablinget populus hic populum, qui est super terram.* Similitudo est, juxta Originem, in hoc, quod vitulus linguâ, tanquam falce, quæcunque invenit, secatur: ita ergo & populus hic, quasi vitulus ore: & labis pugnat, & arma habet in precibus, &c.

1. Reg. 17. David oratione dejecit Goliath.

4. Reg. 19. Oratione Ezechias vicit Persas.

Matth. 27.

D Pro cujus intelligentiâ notate, quod cum Balac Rex Moabitarum contra se filios Israël venire sensit, mox nuncios

Num. 22.

Orig. ibid.

adi

Davidis maximum robur oratio.

Psal. 108. D. Hier. ex. Hebr.

S. Ambr. 1. off. 55.

Oratio armatura. Rom. 1. Grac.

Gen. 48.

Lippom. & Chald.

Arma Iacobis oratio.

1. Reg. 1. Gloss. ibid. Oratio arcus.

Exod. 17.

D. Chrys. ser. de Moysè, c. 1.

ad Prophetam Balaam, ut ad se veniret, A
miser: sed quæ ratio hæc, siue belli, siue
status, loco ducis in bello periti, Prophe-
ram vocare? Responder Orig. Mittit ad
Balaam, ut ipse deserat verbis verba con-
cratia, & precibus preces. Ethunc verum
sensum habuisse colligitur ex contextu
Sept. Nunc dixit Rex Balac: Oblinget Syn-
goga hæc omnes, qui in circuitu nostro sunt, si-
cut oblingit vitulus virentia de campo. Erat
exercitus formidabilis, & eum appellat
Synagogam: quia nimirum eorum pre-
ces, non anima formidabat, &c.

Sept.

Iud. 6.

Oratio negle-
cta debilitat.

Hug. de S. Vict.

Quam verò debilis, & inertis sit, qui
non orat, illud in figura declarat: Si rasum
fuerit caput meum, recedet à me fortitudo
mea, & deficiam, quia Nazaraeus, id est, con-
secratus Deo sum. Hugo de Sancto Victo-
re. Samson, quamdiu capillos capitis ha-
buit, insuperabilis fuit: sed postquam in
finu mulieris capillos perdidit, continuò
ab hostibus capitur. & exæcatur, servi-
tuti etiam addicitur: quamdiu enim ani-
mus contemplationi inhæret, à tentatio-
ne superari non potest: quòd si in delecta-
tione resolutus fuerit, ibique obdormie-
rit, continuò veritatis intimæ lumen a-
mittit, & pravis motibus repugnare non
sufficit, tandemque ad molam ponitur,
dum internæ dulcedinis oblitus per ter-
rena desideria dissipatur.

Ibid.

Idem dum vires habebat integras,
mandibula (symbolo orationis, secun-
dum Hieronym. Zach. 14.) profigavit,
ac internecioni dedit exercitum Philis-
thorum. Quid est, quòd semper ab in-
fernalibus Philistæis circumdamur? Cur
eos non profigamus? Quia ad manum
mandibulam hanc minimè habemus. Si
cum Moysè oraremus, si manus cum illo
levaremus, si ex consortio sermonis Do-
mini splendores haberemus, tam celeri
cursu Amalecitarum fugam arriperent, ut
nec oculos in nos levarent: sed quoniam
manus dissolutas habemus, nec signum
terroris in anima habemus, undique cir-
cuimur, unde quaque tentamur, ex omni
parte vincimur. Non audebant intendere in
faciem Moysi, propter gloriam vultus ejus. O
quam verò oculi debiles, & infirmi homi-

2. Cor. 5.
Exod. 34.

num terrenorum! Non audent intueri Orationi dedi-
hominem studio orationis deditum! &c. tus homo ho-
Multò minus communes hostes: nam minibus, &
radii, & splendores faciei hominis oran- damonis for-
tis, cornua illis videntur, unde diffugiunt. midabilis.
Cur nos minimè fugamus eos? quia non
habemus splendores orationis; sed su-
mus, ut ipsi, rotiterreni, & tenebro-
si, &c.

Is, quem Joannes vidit in medio can- Apoc. 1.
delabrorum aureorum vestitum podere,
gladium in ore habebat. Quid hic gla-
dium significat? Gladius, quòd est verbum
Dei, symbolum orationis, quia nimirum ho-
stes fugat.

Exaltationes. Felix, laudes. Alii, celebra- Psal. 149.
tiones cum hymnis Dei in gutture eorum. Mox: Felix.
Et gladij ancipites in manibus eorum. Alii.

Quid videbis in Sulamite, nisi choros castro- Cant. 7.
rum? Ubi Theod. Quid castis cum cho- Theodoretus
ris? Mysticè, anima orans veluti exercitus est ad versus hostes. Ruper. Ruper.
C Quid videbis in Sulamite? Nihil omninò, nisi choros
castrorum, id est, laudes, seu cantiones
præliantium, & cantantium, quod sua-
vissimum, quod verè est pulcherrimum.
Laudando chori præliantur, præliando
castra laudant.

In tympanis, & choris, & in bellis præcipuis Isa. 30.
(scilicet oratione) expugnabit eos. Nova bel- Iud. 5.
D la elegit Dominus.

Horum artem ut ille noverat, de quo 2. Paral. 20.
sic habes: Congregati sunt filij Moab. Hebr. Hebr.
de patre, Diabolo, & filij Ammon populi e-
jus ad Iosaphat, ut pugnarent contra eum. Ve-
neruntque nuncij, dicentes: Venit contra te
multitudo magna. Tunc ille: Statuit canto- Oratione Io-
res Domini, ut laudarent eum in turmis suis, saphat Ammo-
ac voce consona licerent: Constatemini Domi- nitas fudit.
no, quoniam, in aeternum misericordia ejus.
Cumque coepissent laudes canere, vertit Do-
minus insidias eorum in semetipsos, filiorum
E scilicet Ammon, &c. & mutuis concidero vul-
neribus.

Hinc est, Fratres, quòd & vos dum Psal. 136.
organa suspenditis in salibus, hoc est, dum
tædio, & amarore devicti, ab oratione
cessatis, in manus hostium venitis. Ille
in amaris, ac infrugiferis salicibus orga-
na suspendit qui acedia victus, orationem
sanctis operibus non adiungit, sicque
ab

ab operibus cessans, orationem suspendit, & letantibus hostibus captivus ducitur.

2. Cor. 10.

Arma militia nostra (dicebat Apostolus) non sunt carnalia, sed potentia Deo, ad destructionem munitionum, &c. His, his Dæmonibus terrore sumus, his eis obstitimus.

In Vit. Pat. l. 6. tit. 2. n. 12. Oratio damoni compedes rejicit.

Vultis rei exemplum? Temporibus Juliani Apostatae, cum is ascendisset in Persidem, missus est ab eo Dæmon, ut velocius yadens in Occidentem adduceret inde ei aliquod responsum. Cum autem pervenisset Dæmon in quendam locum, ubi quidam Monachus habitabat, stetit ibidem per decem dies immobilis, eod quod ultra progredi non posset, quia Monachus ille non cessabat orando, neque die, neque nocte; & regressus est sine effectu ad eum, qui miserat illum. Dixit autem illi Julianus: Quare tardasti? Cui Dæmon: Et moras feci, & sine actione reversus sum, sustinui etenim decem dies Publium Monachum, si forte cessaret ab oratione, ut transirem, & redii, nihil agens.

Dæmoni obstitit oratio.

Digressio de Tentationibus.

Cum tentationibus irascibilis, & concupiscibilis aliter, atque aliter pugnandum, cum his fuga, cum illis congressione.

PUNCTUM XXXII.

Psal. 143.

Geneb. ibid.

Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad praelium, & digitos meos ad bellum. Laudat Deum, eique gratias agit strenuus Rex, quod qui e pascuis venerat, artemque digladiandi ab hominibus non didicerat, militiz præcepta ab eodem edoctus, ejusdem auxilio insignes victorias reportarit. Psalmo titulus est: Psalmus David adversus Goliath, in quo Speranza Scriptura selecta.

A memoratur insignis victoria in duello Goliath, & gratias agit Deo, à quo doctus fuerat modum, artemque bellandi adversus eum: Benedictus Dominus, Deus meus, &c. Quæ ars fuit hæc? quæ præcepta, quæ scilicet servanda sunt, dum bellum est cum Golia? O quàm refert habere artem digladiandi! Præliari vis indoctus, ait August. damnaberis victus. Non uno eodemque modo, unicòque præcepto præliandum cum Golia, cum Bethsabea altero. Præliari vis indoctus, damnaberis victus. Ipsi David adversus Goliath. Titulus brevis numero verborum, inquit Augustin. sed gravis pondere mysteriorum scilicet. Mysterii loco adnotes modum, artemque illam, qua contra Goliath usus est, ut eadem & tu cum Golia utaris: sed cave, ne eadem utaris cum Bethsabea, quia damnaberis victus. Goliath symbolum superbiæ, & iræ. Dejecit exultationem Goliath, &c. Bethsabea luxuriz typus. Si vis deicere Goliath, obfiste, adorire: Si Bethsabeam fuge. Hinc tot ruinæ, quod eum eo vitio, in quo opus fugâ, fuga non arripitur. & in eo, in quo standum, ac obfistendum, nec statur, nec obfistitur. Job tentandus de patientia, ut se gessit, inspiciamus: de continentia, & castitate idem observemus. Definit ipse, vitam hominis super terram esse miliciam. Videamus, quam se se in hac arte peritum ostenderit. In tentationibus patientiæ ut firmus, ut constans, ut pugnam sustinuit, ut nunquàm pedem retraxit.

B præliandum cum Golia, cum Bethsabea altero. Præliari vis indoctus, damnaberis victus. Ipsi David adversus Goliath. Titulus brevis numero verborum, inquit Augustin. sed gravis pondere mysteriorum scilicet. Mysterii loco adnotes modum, artemque illam, qua contra Goliath usus est, ut eadem & tu cum Golia utaris: sed cave, ne eadem utaris cum Bethsabea, quia damnaberis victus. Goliath symbolum superbiæ, & iræ. Dejecit exultationem Goliath, &c. Bethsabea luxuriz typus. Si vis deicere Goliath, obfiste, adorire: Si Bethsabeam fuge. Hinc tot ruinæ, quod eum eo vitio, in quo opus fugâ, fuga non arripitur. & in eo, in quo standum, ac obfistendum, nec statur, nec obfistitur. Job tentandus de patientia, ut se gessit, inspiciamus: de continentia, & castitate idem observemus. Definit ipse, vitam hominis super terram esse miliciam. Videamus, quam se se in hac arte peritum ostenderit. In tentationibus patientiæ ut firmus, ut constans, ut pugnam sustinuit, ut nunquàm pedem retraxit.

C Dejecit exultationem Goliath, &c. Bethsabea luxuriz typus. Si vis deicere Goliath, obfiste, adorire: Si Bethsabeam fuge. Hinc tot ruinæ, quod eum eo vitio, in quo opus fugâ, fuga non arripitur. & in eo, in quo standum, ac obfistendum, nec statur, nec obfistitur. Job tentandus de patientia, ut se gessit, inspiciamus: de continentia, & castitate idem observemus. Definit ipse, vitam hominis super terram esse miliciam. Videamus, quam se se in hac arte peritum ostenderit. In tentationibus patientiæ ut firmus, ut constans, ut pugnam sustinuit, ut nunquàm pedem retraxit.

D ipse, vitam hominis super terram esse miliciam. Videamus, quam se se in hac arte peritum ostenderit. In tentationibus patientiæ ut firmus, ut constans, ut pugnam sustinuit, ut nunquàm pedem retraxit.

Egressus Satan à facie Domini cepit damna in bonis inferre. Mox nuncius venit ad Job, qui diceret: Boves irabant, & asina pascebantur, & irruerunt Sabæi, tuleruntque omnia, & pueros percusserunt gladio, & evasi ego solus ut nunciarem tibi. Cumque adhuc ille loqueretur, &c. Adnotat connexionem, continuationemque eladium Nazianzenus. Ita hæc amisit, ut nec luctibus ipsis ob afflictionum seriem, perpetuamque connexionem locus esset, &c. immò neque pie alicui cogitationi in eundæ, quæ vires, animùmque colligeret adversus dolorem, & acerbitatem secundi nuncii, neque respirandi locum relin-

E Egressus Satan à facie Domini cepit damna in bonis inferre. Mox nuncius venit ad Job, qui diceret: Boves irabant, & asina pascebantur, & irruerunt Sabæi, tuleruntque omnia, & pueros percusserunt gladio, & evasi ego solus ut nunciarem tibi. Cumque adhuc ille loqueretur, &c. Adnotat connexionem, continuationemque eladium Nazianzenus. Ita hæc amisit, ut nec luctibus ipsis ob afflictionum seriem, perpetuamque connexionem locus esset, &c. immò neque pie alicui cogitationi in eundæ, quæ vires, animùmque colligeret adversus dolorem, & acerbitatem secundi nuncii, neque respirandi locum relin-

D August. in hunc locum. Pugnandum aliter cum Golia, aliter cum Bethsabea.

1. Reg. 17. Eccl. 47.

Artis rectè pugnandi ignorantia mundo excrucialis. Job. 2. Artu rectè pugnandi peritus Job.

Job. 1.

Naz. orat. in laudè Athan.

§ quere